

Lesefrüchte und kleine Beiträge

Eine lateinische Meßpredigt Bertholds von Regensburg

Von Georg Buchwald

Wir besitzen vier Meßpredigten von Berthold, zwei deutsche¹ und zwei lateinische². Es handelt sich hier um die erstere der lateinischen Meßpredigten, die in einem großen Teile der deutschen Predigt bei Pfeiffer-Strobl II, S. 683 ff. entspricht.

Franz teilt dieselbe nach der Baumgartener Handschrift des Rusticanus de Dominicis in der Linzer Studienbibliothek³ mit. Diese Aufzeichnung hat mancherlei offenbare Lücken und Entstellungen. So fehlt in der Predigt die Deutung der Kasel gänzlich (a. a. O. S. 742 n. 1). Entstellt ist der Schluß der Deutung der Oratio (S. 745).

Eine unbeachtet gebliebene Aufzeichnung der Predigt findet sich in der Handschrift Nr. 762 der Leipziger Universitätsbibliothek. Diese Handschrift, in ihrem Hauptteile Sermones de Sanctis enthaltend, über die an anderer Stelle berichtet werden soll, bringt jene Predigt auf Bl. 253^a—257^b. Diese Leipziger Aufzeichnung ergänzt vielfach diejenige der Linzer Handschrift. Sie fügt mehrfach Deutungen hinzu, so die des amictus als des Schweißtuchs Christi, der alba als des Kleides Christi Luk. 23, 11, des cingulus als des Strickes, mit dem man den Herrn an eine Säule band, der collectae u. a. m. Die Deutung der Stola und der Kasel, die unsere Handschrift enthält, ist, wie Franz wohl richtig vermutet, in seiner Handschrift durch ein Versehen des Abschreibers ausgelassen worden. Mancherlei in der Linzer Aufzeichnung wird erst durch die Leipziger Handschrift verständlich. So die Deutung, daß der Priester in medio (nämlich altaris) debet stare beim Gloria; der Linzer Schreiber hat hier gerade das Stück aus Versehen weggelassen, welches die Erklärung gibt. Entstellt ist offenbar in der von

1) Pfeiffer-Strobl I, S. 488 ff. und II, S. 683 ff.; vgl. Franz, Die Messe im deutschen Mittelalter, S. 649 ff.; Schönbach, Studien zur Geschichte der altdutschen Predigt 4, S. 57.

2) Franz, a. a. O., S. 741 ff. und 745 ff.

3) Vgl. Schönbach, Studien 2, S. 1 f.; 4, S. 2 ff.

Franz mitgeteilten Aufzeichnung der Schluß von S. 745 Z. 6. von unten an. Die Worte quod postea iterum se ostendit gehören zum Folgenden. Von der Deutung des Ite, missa est fehlt die Hälfte. Eine bedeutende Erweiterung aber bietet die Leipziger Handschrift durch die Hinzufügung der mühsamen Ausdeutungen, die Innocenz III. von den zahlreichen Kreuzeszeichen vor und nach der Konsekration über Hostie und Kelch gegeben hat¹. Wir haben es jedoch hier, wie der Zusatz Haec signa laicis nullatenus exponantur beweist, mit einem eigenmächtigen Zusatz eines Fremden zu tun; der Zusatz fällt völlig aus dem Rahmen der Predigt heraus. Trotzdem aber rechtfertigen die wichtigen Verbesserungen, die der Linzer Text durch die Leipziger Rezension erfährt, die Mitteilung der letzteren.

Quoniam memoria est dominicae passionis, resurrectionis et ascensionis, in quibus missa demonstratur, ideo ut missarum solempnia cum maiore devocione audiatis et libencius missae attendatis, quid missa significet et quomodo tam sacerdos quam missa Christum repraesentet, dicere proponimus.

Notandum ergo, quod sacerdos amictum superponit², postea et albam induit, cum cingulo se cingit, postea manipulum³, postea stolam sumit, postea casulam induit et sic ad altare procedit choro interim inchoante introitum missae. Amictus, qui⁴ caput tegit, significat, quod Christus divinitatem in humanitate abscondit, significat etiam sudarium, quod fuit positum super caput Christi, cum in sepulchro iacuit, quo velaverunt faciem eius. Alba munda et longa significat Christi magnam mundiciam, quia sine omni peccato fuit. Hanc mundiciam habuit et docuit et in baptismo tribuit. Alba et significat illam vestem albam, qua Christus illusus fuit, quando a Pylato ad Herodem ductus fuit. Cingulus significat castitatem Christi vel funem, cum quo ad statuam ligatus fuit. Mapula in sinistra manu significat humilitatem Christi in vita praesenti. Per sinistram enim secundum Gregorium praesens vita designatur. Stola ad collum et ante pectus et usque ad pedes significat obedienciam voluntariam Christi et servitatem, quam pro nobis fecit. Casula, quae omnia vestimenta sacerdotalia tegit, significat karitatem Christi, quam pro nobis in passione sua ostendit. Iacobus: 'karitas operit multitudinem peccatorum'⁵. Casula eciam significat illud purpureum vestimentum, quo Christus illusus fuit, quando Pylatus cum Ihesu in praetorium introivit. Introitus missae, quem⁶ chorus cantat, significat desiderium sanctorum patrum, patriarcharum et prophetarum et aliorum fidelium clamancium et desiderancium Christum venire in carnem. Unde dicebat David: 'domine, inclina celos, et descende.'⁷

1) Vgl. Franz, a. a. O., S. 455 f.

3) mapulam *Hs.*

4) Amicta quae *Hs.*

2) amictam subterponit *Hs.*

5) Jak. 5, 20.

6) quam *Hs.*

7) Ps. 143, 5.

Ysayas: 'Emitte agnum, domine, dominatorem terrae'¹ et illud: 'veni, domine, et noli tardare terrenorum patrum clamorem'². Deus tandem exauditus venit in mundum. Unde ps. 'Propter miseriam inopum³, et gemitum nunc exurgam, dicit dominus'⁴. Quod bis repetitur introitus, significat, quod sancti patres venire Christum deum et hominem desiderabant. Sequitur Kyrieleison, quod novies dicitur significans, quod Christus natus esset, qui nos ad regna caelestia revocaret ad novem choros angelorum. Interpretatur enim 'kyrieleison' Christe, miserere, et quolibet eorum creditur, quod diceremus: sancte pater, qui filium tuum misisti, ut ex virgine nasceretur miserere nobis, Christe, qui pro nobis nasci dignatus es, miserere nobis, ut novem choris angelorum sociemur, Sancte spiritus, qui Mariam replesti, cum filium tuum recepit, miserere nobis. Sequitur Gloria in excelsis, quod angeli in nativitate Christi primo cantaverunt. Unde dicitur in ewangelio Luce: 'facta est cum angelo multitudo celestis'⁵. Quia hodie venit liberare homines demones spoliare, ruinam nostram reparare. Hoc autem debet sacerdos cantare in festivitibus leticiae stans in medio altaris, quia Christus in media noctis natus est, et unus angelus praecinit, et ideo sacerdos incipit, sed chorus prosequitur; 'et in terra', quia 'facta est cum angelo multitudo celestis', quia Christus natus est in gaudium omni populo. Lumina, quae in missa accenduntur, significant, quod in nativitate Christi novum lumen illuxit Judeis et gentibus iuxta vaticinium Baalam: 'Orietur stella ex Jacob'⁶. Possunt orationes significare, quando magi intrantes domum, ubi erat puer Christus cum Maria matre sua ipsum adoraverunt, itemque Christus existens in terra pro nobis multum oravit dans nobis exemplum multum orandi. Dicuntur autem orationes collectae ex eo, quod pro populo legi debeant collectio. Sequitur epistola, quae praemittitur ewangelio, quae significat praedicationem Johannis baptistae. Ipse praedicavit Christum 'in spiritu et in virtute Elyae'⁷. Epistola quandoque de novo quandoque de veteri testamento legitur, quanto Johannes cum antiquis sanctis praedixit Christum venturum dicens: 'Qui post me venit, ante me factus est'⁸ et cum modernis santis i. e. cum apostolis ipsum ostendit praesentem dicens: 'ecce agnus dei'⁹ etc. Sequitur graduale, quod significat ascensum, quia per praedicationem Johannis quidam ex discipulis suis ascendunt ad Christum et eum sunt secuti. Sequitur alleluia, quod idem est, quod laus, et significat, quod cum Johannes discipulos suos misisset ad Jhesum, ut interrogarent eum: 'tu qui es?' ipsi discipuli viderunt mirabilia et laudabilia a Christo, ut cecos videre et surdos audire faceret, ut dicitur¹⁰ Luce viij. Sequitur ewangelium, quod significat praedicationem Christi, quod legitur, cum pallia¹¹ et baculos deponimus, capud nudamus et munimus facies, reverenter stamus,

1) Jes. 64.

2) Kein biblisches Zitat.

3) impetum *Hs.*

4) Ps. 11, 6.

5) Luk. 2, 13.

6) Num. 24, 17.

7) Luk. 1, 17.

8) Joh. 1, 27.

9) Joh. 1, 29.

10) Luk. 7, 19 ff.

11) palla.

quod in epistola non fecimus, ad designandum, quod neque in veteri testamento neque in novo aliquis taliter praedicavit ut Christus, unde inimici dixerunt de ipso Jo. viij. 'Numquam locutus est homo sicut hic homo'¹. Ideo etiam capita nudamus, quia Christus in ewangelio nudam veritatem praedicavit, et baculos deponimus, ut in nullo alios ledere plus velimus. Item reverenter stamus, tamquam implere omnia, quae Christus praedicavit, velimus. Sequitur credo, quod significat, quod ea, quae Christus, praedicavit, credere velimus. Sequitur offertorium significans, quod ex multa eius praedicacione multi ei per fidem et penitenciam animas obtulerunt. Nam ex uno sermone Christi magna pars Sychar credidit, item regulus credidit cum omni domo sua² Jo. x. item centurio math. viij.³ item Zacheus et alii infiniti Christo praedicante crediderunt. Sequitur silentium, quod significat latibulum ante passionem suam, postquam Christus tribus annis et dimidio praedicaverat, multi in eum crediderunt. Quinta decima die ante parasceuen i. e. bonam sextam feriam suscitavit Christus Lazarum ex mortuis, ut putatur, et ut dicit Jo. x.⁴ propter quod signum multi crediderunt in eum. 'Collegerunt ergo principes et pharisei consilium et dicebant: quid facimus? quia hic homo multa signa facit'⁵, quibus consuluit Cayphas, quod expediret, quod Christus pro populo⁶. 'Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum'⁷ mandantes, ut si quis agnosceret, ubi esset, Jhesum ut apprehenderet, ut ad eos deduceretur. 'Jhesus' autem 'iam non palam ambulabat apud Judeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in civitatem, quae dicitur Effrem, et ibi morabatur cum discipulis suis, ut dicitur'⁸ iij. Jo. Quia nondum venerat hora eius⁹. Hoc silentium significat Christi latibulum. Quod autem alta voce cantatur praefacio, significat, quod 'turba multa, quae convenerat ad diem festum in Jherusalem, cum audisset, quod Jhesus venisset Jherosolimam, acceperunt ramos palmarum¹⁰ et exierunt obviam ei decantantes 'Osanna' i. e. salva nos et 'benedictus, qui venit in nomine domini'¹¹, praedicant Christum, licet ignorant regem celi et terrae. Cum ergo hunc cantum Christianus audit, debet orare in celum, ut recipiatur duplici stola, videlicet corporis et animae. Bis enim dicitur Osanna propter duplicem stolam corporis et animae, quam electi habebunt post hanc vitam. Ter autem dicitur sanctus propter trinitatem personarum. Sequitur secretum, quod longum est, et passionem Christi significat acerrimam usque ad mortem, et ibi sacerdos intrat sancta sanctorum, ut nichil quodammodo sit medium inter sacerdotem et deum, et cum arduis rebus occupatur, ut lingua dicere non sufficiat. Dicam tamen breviter, quae fiant ibi signa. Orat sacerdos coniunctus deo pro ecclesia catholica et pro iudice spirituali et seculari et pro quibusdam absentibus et circumstantibus et pro defunctis, et multa signa facit propter multa gravia,

1) Joh. 7, 46. 2) Joh. 4, 53. 3) Matth. 8, 5 ff. 4) Joh. 11, 45.
 5) Joh. 11, 47. 6) Joh. 11, 50. 7) Joh. 11, 53. 8) Joh. 11, 54.
 9) Joh. 2, 4. 10) palparum. 11) Joh. 12, 12f.

quae sustinuit Christus ante mortem suam. De quibus signis dicit Innocencius tercius in canone: aliud significant verba, aliud praetendunt signa. Verba pertinent ad hostiam consecrandam, signa vero ad recolendum ea, quae per ebdomadam paschalem circa Christum facta sunt et gesta de passione sua et morte et ideo in principio canonis ante consecrationem tria signa fiunt. 'Haec dona' etc. propter trinam Christi tradicionem. Prima tradicio fuit facta a deo patre, de qua dicit apostolus: 'qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit'¹ illum i. e. ad passionem dedit. Secunda tradicio eius facta fuit a Juda traditore, de quo Jo. 'O Juda, osculo tradis filium hominis'². Tercia tradicio Christi facta fuit a Judeis, qui ipsum tradiderunt Poncio Pylato, de qua Jo. 'Gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi'³ i. e. obtulerunt te michi. Secundo fiunt quinque signa eciam ante consecrationem ibi Quam oblationem etc. Propter quinque genera personarum in passione Christi existencium, propter personam venditi i. e. Christi et propter personam venditoris scilicet Judae, qui Christum pro triginta argenteis vendidit, propter personarum trium vendencium emptorum i. e. qui Christum emerunt scilicet scribae et sacerdotes et Pharisei. Tercio fiunt duo signa in consecratione: 'Qui pridie' primum, 'benedixit, fregit' etc. secundum ibi: 'Simili modo super calicem' propter duo, quae ibi transformantur, scilicet panis in corpus Christi, vinum in sanguinem eius. Quarto fiunt quinque signa post consecrationem ibi: 'hostiam puram' propter quinque plagas i. e. vulnera domini commendandas. Quinto fiunt duo signa ibi: 'sacrosanctum corpus' propter vincula, quibus ligatum fuit corpus Christi et propter flagella, cum quibus pro nobis sanguis effusus est. Sexto fiunt tria signa ibi: 'sanctificas, vivificas' propter crucifixionem Christi, quae facta fuit hora tertia linguis Judeorum clamancium 'crucifige eum, crucifige eum'⁴, fere cum hora sexta clavis ferreis cruci fuit affixus. Septimo fiunt quinque signa ibi: 'per ipsum et cum ipso', tria super calicem et duo super latus calices, tria propter tres cruciatus, quos Christus sustinuit scilicet propassionis et mortis. Est autem propassio subditus modus sensualitatis. In Christo enim fuit duplex voluntas scilicet naturalis et deliberativa. Voluntate naturali timuit mortem, unde dicit: 'si fieri potest, transeat a me calix iste'⁵ i. e. pena ista. Hac enim voluntate tantum timuit mori, quod 'factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram'⁶, et haec voluntas naturalis potest dici propassio. Voluntate autem deliberativa dixit Christus ad patrem: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat⁷. Et licet in Christo utraque voluntas haberetmet ius suum, tamen voluntas naturalis semper subiecta fuit rationi, unde Christus dixit ad patrem: 'Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma'. 'Fiat voluntas tua'⁸. Duo signa, quae fiunt in latere calicis, signi-

1) Röm. 8, 32. 2) Luk. 22, 48. 3) Joh. 18, 35. 4) Mark. 15, 13.
5) Matth. 26, 39. 6) Luk. 22, 44. 7) Matth. 26, 42. 8) Matth. 26, 41f.

ficant aquam et sanguinem, quae de latere Christi fluxerunt. Haec signa laicis nullatenus exponantur. Sanctos nominamus tam ante consecrationem hostiae, quam post, quasi dicamus: si non simus digni exaudiri propter peccata nostra, domine, tamen propter apostolos, martires et propter virginem Mariam et propter passionem filii tui, quam sepe recitamus, nos exaudi. Inclinatione sacerdotis ante altare significat inclinationem Christi in oratione¹, quando dixit discipulis suis in passione sua: 'sedete hic, donec vadam illuc et orem', et vos eciam 'orate, ut non intretis in temptationem'². Quod sacerdos brachia extendit, significat extensionem Christi in cruce, quia tantum fuit extensus in cruce, ut psalmus de eo praedixit, ut omnia ossa eius poterant dinumerari. Quod sacerdos elevet hostiam consecratam oculis omnium circumstantium intuendam, significat, quod Christus fuit in cruce oculis omnium elevatus, unde notandum, quod sacerdos elevat hostiam post signa et post verba et post transsubstantiationem, ubi celi celorum aperiuntur et multitudo angelorum comitantur, hoc fit ad praesens propter tria. Primo propter hoc sacerdos elevat hostiam: Ecce filius dei, qui deo patri semper praesentet latus et vulnera pro peccatoribus perpassa i. e. passa. Nullus ergo peccator desperet propter multitudinem peccatorum, si redire voluerit ad Christum, qui est noster advocatus et praelocutor apud patrem suum. Secundo elevat sacerdos hostiam, quasi dicat: ecce filius dei, qui pro te sic elevatus est in cruce, qui sic venturus est iudicare vivos et mortuos, cui tu debes rationem reddere omnium, quae fecisti. Praepara ergo te per penitentiam et bona opera: ante iudicium enim invenies³ propiciationem⁴. Quod autem sacerdos postea elevat vocem dicens 'nobis', quod significat contritionem latronis, qui clamavit: 'Memento mei, domine, dum venis in regnum tuum'⁵, tunc homo debet pectus suum contundere et toto corde contristari et veniam a deo postulare, ut mereatur in regno celorum sanctis eius sociari, et si non ex suo merito, tamen propter merita apostolorum et martirum et virginum, quorum nomina tunc recitantur, possint illuc pervenire. Quod autem sacerdos dicat alte per⁶ omnia et pater noster, significat, quod Christus in cruce clamans voce magna expiravit M^t xxvij⁷. Silentium, quod sequitur, significat mortem Christi et sepulturam eius et custodiam sepulchri eius et tristitiam discipulorum et notorum eius. Quod hostia frangitur per tres partes, primo fit in memoriam trinitatis, secundo ad significandum triplicem statum Christi. Fuit enim primo mortalis cum hominibus, secundo mortuus fuit in sepulchro, tercio vivus fuit in celo. Tercio in signum, quod Christus in triplici parte sui⁸ vulneratus fuit: in manibus, in latere, in pedibus. Quarto in signum, quod tria sunt genera sanctorum: quidam enim iam sunt in celis, alii in purgatorio, pro quibus duae partes, quae supra patenam

1) in oracione] morose. 2) Matth. 26. 36. 41. 3) invenies] eius veniens.
 4) Eccli. 18, 19f. 5) Luk. 23, 42. 6) per] pater. 7) Matth. 27, 46.
 8) Wohl zu ergänzen corporis.

ponuntur deo offeruntur pro his, qui sunt in purgatorio, in peccatorum remissionem. Alii hic in terra, pro quibus tertia pars hostiae in sanguine tincta deo offertur, ut in bonis operibus confirmetur et licet hostia sic divitatur, quantum ad speciem panis, tamen sub qualibet parte hostiae totus Christus verus deus et homo. Quod vero cantatur agnus dei, significat gaudium resurrectionis Christi. Ter autem dicitur agnus dei propter triplex gaudium resurrectionis, scilicet quod habebant fideles et illi, qui erant liberati de limbo inferni et quod habebit caro Christi suscitata a mortuis. Petimus ergo primo 'agnus dei' etc. miserere nobis in praesenti vita et 2^o miserere nobis in exitu nostro et tercio dona nobis pacem in iudicio vel ideo ter dicitur agnus dei, quod Christus passus est pro nobis, ut nos liberaret a pena et a culpa et daret perpetuam pacem. Sequitur osculum in signum pacis. Cum enim Christus a mortuis surrexit, stetit in medio discipulorum et dixit eis: 'pax vobis', et postea sacerdos communicat, ut fiat gracia dignus et virtutes in eo augeantur. Communio, quae cantatur, significat, quod discipuli gaudium resurrectionis Jhesu Christi mutuo sibi invicem nunciaverunt. Oratio, quae sequitur, significat, quod Christi discipuli post resurrectionem Christi videntes eum in Galilea adoraverunt. Item significat, quod Christus in celis pro nobis orat praesentacione suae passionis deo patri. Quod autem sacerdos se iterum ostendit populo et dicit: 'Ite, missa est' i. e. hostia Christus missa est deo patri vel nostra oratio missa est in celum. 'Ite' leti in mansiones vestras, et postea populum benedicit, significat, quod Christus veniet in iudicio et ostendit se et fidelibus dabit benedictionem, et tunc leti vadunt in mansiones suas, de quibus in Jo. 'In domo patris meae mansiones multae sunt'¹, ad quas vos perducatur Jhesus Christus dominus noster. Amen.

Aus seltenen reformationsgeschichtlichen Druckschriften

Mitgeteilt von Otto Clemen

1.

Ein Brief von Justus Jonas.

Neben Johann Langer von Bolkenhain in Schlesien, dem ersten Koburger Superintendenten, verdient sein gleichnamiger zweiter Sohn unsere Beachtung, „ein begabter, zu den schönsten Hoffnungen berech-

1) Joh. 14, 2.